BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh.
Seite 71v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Neq: enim de spinis colligunt fic. neq: de rubo uindemiant uuam.

S C D M

Et qm potes dicere fri tuo. fr sine eiciam festucam de oculo tuo. ipe in oculo tuo trabem non uides. Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo.

Initium. D. d. i. d. s.

et tunc pspicies ut educas festucam de oculo fris tui. Non enim arbor bona quæ facit fructum malos. Neq: arbor mala faciens fructum bonum. Unaq;q: enim arbor de fructu suo cognoscitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Et malus ho de malo thesauro ~~cordis sui~~ profert mala. Et habundantia enim cordis os loquitur. Quid autem uocatis me dnm dnm et non facitis quæ dico.

O mis quicumq: ad me et audit sermones meos et facit eos. ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum quæ ~~edificat~~ fodit in alto et posuit fundamenta super petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi. et non potuit eam mouere. fundata enim erat super petram. Qui autem audit et non facit. similis est homini edificanti domum suam super terram sine fundamento in qm illisus est fluuius et continuo cecidit. et facta est ruina domus illius magna. Cum autem impleuisset omia uba in aures plebis. intuit capharnaum. Centurionis autem cuidam seruus male habens erat moriturus. qui illi erat pciosus. Et cum audisset de ihu misit ad eum seniores iudeorum rogans eum. ut ueniret et saluaret seruum eius. At illi cum uenissent ad ihm. rogabant eum sollicite dicentes ei. Quia dignus est ut hoc illi prestes. Diligit enim gentem nram. Synagogam ipse edificauit nobis. Iuit autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo. misit ad eum centurio amicos dicens. Dne. noli uexari. non enim dignus sum ut sub tectum meum intres. Propter quod et me ipm non sum dignum arbitratus ut ueniam ad te. sed dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus. habens sub me milites. et dico huic uade et uadit. et alio ueni et uenit. et seruo meo fac hoc et facit. Quo audito ihc mirat est. et conuersus sequentibus se turbis dixit. Amen dico uobis. nec in isrl tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum. inuenerunt seruum qui languerat sanum. Et factum est deinceps

Initium.

ibat in ciuitatem quæ uocatur naim. et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis. ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Et hec uidua erat. et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset dns. misericordia motus super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit. et tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait adolescens tibi dico